

Verum quoniam omnes hi de singulis transeundo brevissime^{e)} tangunt, hac de causa etiam ad libros philosophorum divertī, qui de his^{f)} omnibus latius ac diffusius agunt indeque pauca notabilia breviter^{g)} excerpsi, que predictorum catholicorum doctorum dictis, ut potui, competenter adieci.

Accedit ad hec, quod omnes artes divine scientie tamquam regine famulantur; unde et ille, que^{h)} liberales vocantur, plerumque in assertionē ecclesiastici dogmatis assumuntur. Hinc beatus Petrus Apostolusⁱ⁾ in epistola quadam Itinerario Clementis²³⁾ adiuncta sic loquitur: *Cum*, inquit, *ex divinis scripturis integram^{k)} quis^{l)} et firmam regulam veritatis suscepit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione ac liberalibus studiis, que forte in pueritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat; ita tamen, ut ubi^{m)} vera didicitⁿ⁾, falsa et simulata declinet.*

c. 80). Apologia de dictis philosophorum et poetarum

Nec quisquam vero redarguendum me putet, eo quod multa de gentiliū philosophorum scilicet et poetarum libris nonnulla etiam de quibusdam apocriphis in hoc opere posuerim^{p)}: alioquin et Apostolos redarguere poterit, qui ex utroque genere nonnulla in Epistolis suis^{q)} testimonia usurparunt; nam — verbi gratia — *Paulus*²⁴⁾ in Epistola ad Corinthios *Menandri comici*²⁵⁾ *senarium*^{r)} *ponit*^{s)} dicens: *Corrumpunt*²⁶⁾ *bonos mores colloquia prava*; idem *ad Titum* scribens *Epimenidis poete*²⁷⁾ *versiculum* inducit dicens: *Cretenses*^{t, 28)} *semper mendaces, male bestie, ventres*

e) breviter *D* f) *fehlt D* g) *fehlt D₃* h) *fehlt D₂* i) *fehlt N₁*
 k) *fehlt N₃* l) qui *H₂* m) cum *R* n) didicerit *R* o) 7 *R*
 p) posui *D₂D₃* q) sibi *H₃H₄H₅* r) *senarium N₃* s) *folgt et N₃*
 t) *Crescenses H₄*

²³⁾ Es handelt sich um den apokryphen Brief, der mit den Pseudo-Klementinen überliefert ist und die Gemeinde von Jerusalem sowie deren Bischof, den Apostel Jakobus, zum Adressaten hat, gesondert gedruckt Migne, PG 1, 508. Der von Vincenz zitierte Text findet sich wörtlich auch in den Rekognitionen X, 42, 5, ed. Bernhard Rehm und Franz Paschke, in: Die griechischen christlichen Schriftsteller 51 (1965) S. 353f.

²⁴⁾ Hieronymus, Ep. 70 c. 2, 1–3 und 5, ed. Isidor Hilberg, CSEL 54 (1910) S. 700–702.

²⁵⁾ Fragment aus Thais, ed. Meineke, Fragmenta comicorum Graecorum, Menander Fragm. 211 (1847) S. 908.

²⁶⁾ Vgl. 1. Cor. 15, 33.

²⁷⁾ Sprichwort aus Orakelsammlung, ed. Herm. Diels, Die Fragmente der Vorsokratiker (1951) 1 S. 31 (vermutlich aus der Theogonie).

²⁸⁾ Tit. 1, 12.